

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

De imperatore Pompejo deligendo

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

M. TULLII CICERONIS

PRO

L. M A N I L I A,

SEV

De Imperatore Pompejo deligendo, ad populum,
ORATIO DECIMATERTIA.

SYNOPSIS.

¶ *Quæstio An Pompejus bello Asiatico hoc est persequendus reliquis Mithridaticis, ex plebiscito (legem hic appellat Cicero suo more) C. Manili trib. pleb. Imperator sit proficiendus Suasor legis seu plebisciti Cicero. Dissuasores Q. Catulus & Hortensius, viri Consulares. Acta in foro, Anno Ciceronis 41. urbu 687. Eventus, Cura Mithridatici belli, multa majore, quam Lucullus habuerat, imperio, Pompejo demandata.*



PAM QVAM mihi semper frequens conspectus vester, multo jucundissimus, hic autem locus, ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus, Quirites: tamen hoc aditu laudis qui semper optimo cuique maxime patuit, non mea me voluntas, sed mea vitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ, prohibuerunt. Nam cum antea *per atatem* nondum hujus auctoritatem loci contingere au-derem: statueremque, nihil huc, nisi perfectum ingenio, elaboratum industria, afferri oportere: omne meum tempus 3 amicorum temporibus transmittendum putavi. Ita neque, 4 hic locus, vacuus umquam ab iis, qui vestram causam defenderent: & meus labor in privatorum periculocasse, integreque versatus, ex vestro judicio fructum est amplissimum consecutus. Nam cum propter dilationem comitiorum ter prætor primus centuriis cunctis renuntiatus sum, facile intellexi, Quirites, & quid de me *judicaretis*, & quid aliis præscriberetis. Nunc cum & auctoritatis in me tantum sit, quantum vos 5 honoribus mandandis esse voluistis: & ad agendum facultatis tantum quantum homini vigilantanti ex forensi usu propè quotidiana dicendi exercitatio potuit afferre: certe, 6 & siquid auctoritatis in me est, ea apud eos utar, qui eam mihi dederunt; & siquid etiam dicendo consequi possum, iis ostendam potissimum, qui ei quoque rei fructum suo judicio tribuendum esse censuerunt.

Atque illud in primis mihi letandum jure esse video, quod in hac insolita mihi ex hoc loco ratione dicendi, causa talis oblata est, in qua oratio deesse nemini potest. Dicendum est enim de Cn. Pompeii singulari, eximiaque virtute: hujus autem orationis difficilius est exitum, quam principium invenire, ita mihi non tam copia quam modus in dicendo querendus est. Atque, ut inde oratio mea proficiatur, unde hac omnis causa ducitur: bellum grave, & periculosum vestris *vestigalibus*, atque *soctis*, à duobus potentissimis regibus inferunt, Mithridate, & Tigraque: quorum alter reliquus, alter *lacetibus occisnem* sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitrat. Equitibus Romanis honestissimis viris, afferuntur ex Asia quotidie literæ, quorum magna res aguntur, in vestris *vestigalibus* exercendis occupatæ: qui ad me pro necessitudine, quæ mihi est cum illo ordine, causam reipub. periculaque rerum suarum detulerunt: Bithyniæ, quæ 7 nunc vestra *provincia* est, vicis exustos esse compluris: regnum Ariobarzani, quod finitimum est vestris *vestigalibus*, totum esse 8 in hostium potestate: Lucullum, magnis rebus gestis, ab eo bello discedere: 9 huic qui succurrerit, non satis esse paratum ad tantum bellum administrandum: unum ab omnibus sociis, & civibus ad id bellum imperatorem deposci, atque expeti: eundem hunc unum ab hostibus metui, præterea *neminem*. Causa quæ sit, videtis: nunc, quid agendum sit, considerate. *Primum mihi videtur de genere belli: deinde de magni-*

1. *Palatinis sacris omnibus, item Vuerdensi, Erfurdeni, Hitropriano, & quibus subsidia sibi quaesivit Gulielmus, præscribitur, de Imperio, seu de laudibus Gn. Pompeii. & ita laudant etiam Grammatici, neque novum uni orationi duos esse titulos.*

2. *Contingere debere.* Sic Pall. sex septem omninoque editi, certe originis ultimæ, neque enim animus fuit, inspicere posterius notas editiones, Gulielmus tamen malebat & Vuerd. *arrigere.*

3. *Amicorum temporibus transmittendum.* Inclinat Lambinus legere *transmittendum*; additque idem visum Horomano; sed errat, hic enim interpretamenti loco posuit, non etiam ut quid mutaret, adeantur commentaria eius.

4. *Hic locus vacuus umquam ab iis, etc.* Lambinus admonuit requiri *fontem*, & varo id inferuit Gulielmus & suis libris ante *uquam*, sed eam cum Pall. omnia cum Pall. sex ea careant, ei non obtempero.

5. *Honoribus mandanda esse videtur.* Hæc est quidem lectio Fabri-

ciani eod. si non fallit Lambinus, fateturque restare in suis Gulielmus: verum in vero Pall. omnia, & editi præci servant *mandandum*, stat pro altera Muretus lib. xix. Var. cap. 10.

6. *Et si quid, etc.* Tota hæc periculis debita libris Belgicis, argue Toriog. cis. Italici nostris septem, tota extulit, requiri tamen nemo non videt.

7. *Nunc vestra provincia.* Ita passim libri scripti: neque aliter fere loquitur tota hoc oratione, vulgata *vestra*.

8. *In hostium potestate.* Andr. Schoetus noster lib. i. cap. 6. Nodor. Cic. contendit legendum *potestatem*. & sic sanè infra locutum cap. 12. ipse prodidit Agellius lib. i. Noct. Atticæ cap. 7.

9. *Huic qui succurrerit.* Gulielmus tres, *succurrerit*; quod et si ei non placuerit, mihi tamen displicere non potest, alterum nihilominus restat in ed. & Pall. omnibus, neque temerè est alimmandum, quamvis eo inclinet Modius noster Epistola xcvii. Novanti-quorum.

derate. Primum mihi videtur de genere belli: deinde de magnitudine: tum de imperatore deligendo esse dicendum. 1. Genus est enim ejusmodi quod maxime vestros animos excitare, 2. atque inflammare debet: in quo agitur populi Rom. gloria, quæ vobis à majoribus cum magna in rebus omnibus, tum summa in re militari tradita est: agitur salus sociorum, atque amicorum pro qua multa majores vestri magna, & gravia bella gesserunt: aguntur certissima populi Rom. vestigalia: & maxima: quibus amissis, & pacis ornamenta, & subsidia belli requiretis: aguntur bona multorum civium, 3. quibus est & a vobis, & ipsorum, & reip. causa consulendum. Et quoniam semper appetentes gloriae præter ceteras gentes, atque avidi laudis fuistis, delenda vobis est illa macula, Mithridatico bello superiore suscepta: quæ penitus jam infedit, 4. atque inveteravit in populi R. nomine: quod is, qui uno die, tota Asia, tot in civitatibus, uno nuntio, atque 5. una literarum significatione civis R. necandos, trucidandosque denotavit, non modò adhuc panam nullam suo dignam scelere suscepit, sed ab illo tempore annum jam tertium, & vicissimum regnat: & ita regnat, ut se non Ponto, neque Cappadocia latebris occultare velit, sed emergere è patrio regno, atque in vestris vestigalibus, hoc est, in Asia luce versari. Etenim adhuc 6. ita vestri cum illo rege contenderunt imperatores, ut ab illo insignia victoriae, non viciorum reportarent. Triumphavit L. Sulla, triumphavit L. Murena de Mithridate, 7. duo fortissimi viri, & summi imperatores: sed ita triumpharunt, ut ille pulsus, superatusque regnaret. Verumtamen illis imperatoribus laus est tribuenda, quod egerunt: venia danda, quod reliquerunt: propterea quod ab eo bello Sullam in Italiam resp. Murenam Sulla revocavit. Mithridates autem omne reliquum tempus, non ad obliuionem veteris belli, sed ad comparationem novi contulit: qui posteaquam maximas ædificasset, ornassetque classes; exercitumque permagnos, quibuscumque gentibus potuisset, comparasset, & se Bosphoranis, finitimis suis, bellum inferre simulasset: usque in Hispaniam & legatos Ecbatanis misit ad eos duces, quibuscumque tum bellum gerebamus: ut, cum duobus in locis disjunctissimis, maximeque diversis, uno consilio, à binis hostium copiis bellum terra marique gereretur, vos 9. ancipiti contentione distretis, de imperio dimicaretis. Sed tamen alterius partis periculum, Sertorianæ, atque Hispaniensis, quæ multo plus firmamenti, ac roboris habebat. Cn. Pompeii divino consilio, ac singulari virtute depulsam

est: in altera parte ita res à L. Lucullo, summo viro, eâ administrata, ut initia illa gestorum rerum magna, atque præclara, non felicitati ejus, sed virtuti: hæc autem extrema, quæ nuper acciderunt, non culpa, sed fortuna tribuenda esse videantur. Sed de Lucullo dicam alio loco, & ita dicam, Quiritès, ut neque vera laus, ei, detraha oratione nostra, neque falsa, a ficta esse videatur. 10. de vestri imperii dignitate, atque gloria, quoniam is est exoritur orationis meæ, videte, quem vobis animum suscipiendum putetis. 11. Majores vestri sæpe, mercatoribus, 12. ac navigatoribus injuriosius tractatis, bella gesserunt vos tot civium Rom. milibus, uno nuntio, atque uno tempore necatis, quo tandem animo esse debetis? Legati quod erant appellati superbius, Corinthum patres vestri, totius Græciæ lumen, extinctum esse voluerunt: vos eum regem inultum esse patiemini, qui legatum populi Rom. consularem, vinculis, ac verberibus, atque omni supplicio extructum necavit? Illi libertatem civium Rom. imminutam non tulerunt: vos vitam ereptam negligetis? Jus legationis verbo violatum illi persecuti sunt: vos legatum populi Rom. omni supplicio 13. interfectum, inultum relinquetis? Videte, ne, ut illis pulcherrimum fuit, tantam vobis imperii gloriam relinquere: sic vobis turpissimum sit, illud, quod accepistis tuere, & conservare non posse. Quid, quod salus sociorum summum in periculum, ac discrimen vocatur? Regno expulsi est Ariobarzanes, rex, socius populi Rom. atque amicus: imminet duo reges toti Asia, non solum vobis inimicissimi, sed etiam vestris sociis, atque amicis: civitates autem omnes, cuncta Asia, atque Græcia vestrum auxilium expectare, propter periculi magnitudinem, coguntur: imperatorem à vobis certum deposcere, cum præsertim vos alium miseritis, neque audent, neque id se facere summo sine periculo posse arbitrantur. vident, & sentiunt hoc idem, quod vos, unum virum esse, 14. in quo summa sint omnia, & eum propè esse, (quo etiam carent ægrius:) cujus adventu ipso, atque nomine, tametsi ille ad maritimum bellum venerit, tamen impetus hostium repressos esse intelligunt ac retardatos. Hi vos, quoniam liberè loqui non licet, tacitè rogant, ut se quoque sicut ceterarum provinciarum socios, dignos existimetis, quorum salutem tali viro commendetis. 15. atque hoc etiam magis, quàm ceteros: quod ejusmodi in provinciam homines 6. cum imperio mittimus, ut etiam si ab hoste defendant, tamen ipsorum adventus in urbibus sociorum, non multum 17. ab hostili expugnatione distent.

Hunc

1. Genus est enim ejusmodi. Pall. nihil variant. at Vverd. exemplar addit, belli hujusmodi. Hitortip. Colonienſe, Genus est ejus belli. quod mihi placet; utique com & Turingicus habeantem illud belli. Guilielmus malebat, Genus est ejus belli hujusmodi. ut ut sit, *ὁμοειδὴς* heic non nimis convenit.
2. Atque inflammare debet. Col. Erph. atque infl. ad studium persequendi debet. quorum nihil reperit in Italici, qui Bibliotheca Palatina, aut adeo Gruteriano scripto Papiæ: consulatur Modius d. Epist. XCVII.
3. Quibus est & a vobis, & ipsorum & reip. causa consulendum. Longe melius illud Turing. & Fabric. quàm ut retro cusi, quibus est a vobis, & ab imperatoribus rei consulendum. P. Manutius publicavit, & a vobis vestrisque reip. consul. non à scriptis, verum divinatione Hotomani.
4. Atque inveteravit. Turing. Hitortip. Vverd. ac nimis inveteravit, Comice, pro vehementer, admodum.
5. Una literarum significatione, &c. Illud literarum non erat in Colonienſi, & Guilielmo. rectum videbatur.
6. In vestri cum illo, &c. Gruter. & edd. veteres, vestri. neque ita absurdum videtur: ut & supra cap. 2. quæ nunc infra provincia est. editi prius & aliquo habent mſ. quem admodum initio cap. 5. iidem Majoribus vestris. verum nihil præscribo aliis; imò nihil muto.
7. Duo fortissimi viri, & summi imp. Vox viri, non est in ullo Palatinorum, aut Gruter.
8. Legatus Ecbatanis misit. &c. Fabricianus liber, item Vverd. Col. Erph. legatus ad litteras misit; quod ad mſi Lambinus: haud etiam Guilielmus; arbitratus Ecbatanum, Babylonem, & similia: de quibus locis remotissimis locis vulgo usurpata. Vide Lucilius libro XIV. Ad Regem legatus Ecbatanum, Ecbatanam aut Babylonem lib; ceterum summa. Verum hæc interpretatio non convenit Oratori vera narranti: quamvis

in eam propendat quoque Villomarus libro II. cap. 5. Animadvers. accedam potius Horomanii interpretationi: quæ videtur ad hunc locum. super quo consulendus item est Robertus Titius libro II. Controvers. cap. 5. ubi præter suam conjectationem profert item aliorum, adeundus præterea Modius d. Epist. XCVII.
9. Ancipiti contentione distretis. Est à Fabr. Vverd. item melioribus Palatinis. Vulgata lectio distretis.
10. De vestri imperio dignitate. Sic rectè Hitortip. & Vverd. pendunt enim hæc adhuc ab illis: Sed de Lucullo, &c. vulgata hæctenus, Sed pro vestri; minus venuste.
11. Majores vestri sæpe. Editio vetus vestri. acceduntque aliqui Pall. ac Guilielmiani.
12. Ac Navigatoribus. Sic Pall. omnes & Guilielmiani: nisi quod nos ter tertiis à primâ manu notantibus. Fabr. lib. navigatoribus.
13. Interfectum, inultum relinquetis? Dicitio inultum non est in melioribus Pall. neque agnoscent eam editiones primæ.
14. In quo summa sint omnia. Ad blandiebatur Guilielmo lectio Hitortip. in quo sint omnia, formula Græca, ego ad hæc malui vulgata.
15. Atque hoc etiam magis quàm ceteros, quod ejusmodi in provinciam homines, &c. Guilielmus repulerat ex Erfurd. Colonienſi. Vverd. quod ceteros ejusmodi in provinciam. & vero Pall. plerique habent tantum, quoniam ceteros ejusmodi haud ausim tamen ejicere vulgata. ad quid enim heic requiritur? ceteros, itaque mallem rescribi; atque hoc etiam magis, quod ejusmodi; ut illa quoniam ceteros. fuerint à mala manu.
16. Cum imperio mittimus. Vulgata, misimus; sed nostrum extrat in antiquiss. edd. & Pall. omnibus. nec video cur improbare debeat Brutus.
17. Ab hostili expugnatione. Gruter. impugnatione. quod non est negligendum. Pal. sext. pugnatione.

Non audiebant antea nunc presentem vident, tanta tem-
perantia, tanta mansuetudine tanta humanitate ut i bea-
tissimi esse videantur apud quos ite duntissime commora-
tur. Quare, si *proprie sociis*, nulla ipsi injuria lacessiti,
i maiores vestri cum Antiocho, cum Philippo, cum Ato-
lio, cum Icenis bella gesserunt: quanto vos studio conve-
nit, injurias provocatos, sociorum salutem una cum im-
perii vestri dignitate defendere, praesertim eam de vestris
maximis *vestigalibus* agatur? nam ceterarum provincia-
rum vestigalia, Quirites, tanta sunt, ut iis ad ipsas provin-
cias rutandas vix contenti esse possimus; Asia vero tam
optima est, & fertilis, ut & ubertate agrorum, & varietate
fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine ea-
rum rerum, quae exportantur, facili omnibus terris ante-
cellat. Itaque haec vobis provincia, Quirites, a si & belli
utilitatem, & pacis dignitatem iustinare vultis, non modo
a calamitate, sed etiam a metu calamitatis est defendenda.
nam ceteris in rebus, cum venit calamitas, tum detrimen-
tum accipitur, at in *vestigalibus* non solum adventus mali;
sed etiam metus ipse affert calamitatem nam eum hostium
copiae non longe absint, etiam si irruptio facta nulla sit, ta-
men pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercato-
rum navigatio conquefcit, ita neque ex portu, neque ex
decumis, neque ex scriptura vestigal conservari potest.
quare saepe totius anni fructus uno rumore periculi, atque
tuo belli terrore, amittitur. 3 Quo tandem animo esse existi-
matis aut eos qui vestigalia nobis pensitant, aut eos, qui
exercent, atque exigunt, cum duo reges cum maximis copiis
propere adsint? cum una escursio equitatus *perhenni tempore*
totius anni vestigal conservari possit? cum publicani familias
maximas, 4 quas in salinis habent, quas in agris, quas in
portibus, atque custodiis, magno periculo se habere arbi-
trentur? Paratissime vos illis rebus frui posse, nisi eos, 5 qui
vobis fructuosi sunt, conservaveritis, non solum (ut antea
dixi) calamitate, sed etiam calamitatis formidine libera-
tos? Ac ne illud quidem vobis negligendum est, quod mihi
ego extremum proposueram, cum essem de belli genere di-
cturus, quod ad multorum bona civium Romae pertinet:
quorum vobis, pro vestra sapientia, Quirites, habenda est
ratio diligenter. Nam & publicani, homines & honestissimi,
& ornatiissimi, suas rationes, & copias in illam provinciam
contulerunt: quorum ipsorum per se res & fortuna, eura
vobis esse debent, etenim si VESTIGALIA, NERVOS ESSE
R.F.I.P. SEMPER DUXIMVS: cum certe ordinem, qui exer-
cet illa, signamentum ceterorum ordinum recte esse dice-
mus. Deinde ceteris ex ordinibus homines gnavi & indu-
stria, & partim in Asia negotiantur, quibus vos absentibus
consulere debetis: partim suas, & suorum in ea provincia

pecunias magnas collocatas habent. Erit igitur humani-
tatis vestrae magnum eorum civium numerum calamitate
prohibere: sapientiae, videre, *multorum civium calamitatem*
a rebus *separatam esse non posse*. Etenim illud primum par-
vi refert, vos publicanis amissa vestigalia postea victoria
recuperare, neque enim iisdem redimendi facultas erit,
propter calamitatem, neque aliis voluntas, propter timo-
rem. Deinde, quod nos eadem Asia, atque idem ille Mi-
thridates initio belli Asiatici docuit; id quidem certe *cala-
mitate docti* memoria retinere debemus, nam tum, cum
in Asia res magnas permulti amiserant, scimus, Romae,
solutione impedita, fidem concidisse. NON ENIM possunt
una in civitate multi rem, atque fortunas amittere, ut non
pluteis secum in eandem calamitatem trahant. A quo peri-
culo prohibete temp. & mihi credite, id quod ipsi videtis,
haec fides, atque haec ratio pecuniarum, quae Romae, quae
in foro versatur, implicita est cum illis pecunis Asiaticae,
& cohaeret, rueret illae non possunt, ut haec non eodem labi-
falsata metu concidant. Quare videte, num dubitandum
vobis sit, omni studio ad id bellum incumbere, in quo glo-
ria nominis vestri, sanis sociorum, vestigalia maxima,
fortuna 7 plurimorum civium cum rebus, defenduntur.
Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca
dicam. Potest enim hoc die: belli genus esse ita necessa-
rium, ut sit gerendum, non esse ita magnum, ut sit perti-
mesendum. In quo maxime laborandum est, & ne forte
a vobis quae diligentissime providenda sunt, contemnenda
esse videantur. Atque, ut omnes intelligant, me L. Lu-
cullum tantum imperitare laudis, quantum forti viro, & sa-
pientissimo homini, & magno imperatori debeatur: dico,
ejus adventu maximas Mithridatis copias omnibus rebus
ornatas, atque 9 instructas fuisse; urbemque Aetiae claris-
simam, nobisque amicissimam, Cyzicorumque, obsessam
esse ab ipso rege magna multitudine & oppugnatam vehe-
mentissime, 10 quam L. Lucullus virtute, assiduitate, con-
silio, summis obsequiis periculis liberavit; ab eodem
imperatore etiam magnam, & ornata, quae ducibus Sa-
toris in his ad Italiam 11 studio inflammato reperitur, supe-
ratam esse, atque depressam: magnas hostium praetera
copias *multis praesidiis* eius delatas: praefactumque nostris
legionibus esse Pontum, qui ante populo Romano ex o-
mni aditu clausus esset: Sinopen, atque Amisum, qui-
bus in oppidis erant domicilia regis, 12 omnibus rebus
ornata, atque referta; ceterasque urbes Ponti, & Cappa-
doeciae permultas, uno aditu, atque 13 adventu esse captas:
regem spoliatum regno patrio atque avito, ad alios se re-
ges, atque alias gentes *supplicem* contulisse: atque haec
omnia, salvis populi Romani sociis, atque integris vesti-
galibus,

1. *Majores vestri.* Vverdenf. & Grut. *vestri*, neque displicere potest. haud tam in idem delecto vulgatum.

2. *si belli utilitatem, & pacis dignitatem sustineret.* Ita Pall. omnes & ceteros avorum memoria. Guelmiius vero ex Vverdenf. substatuit: *si ad belli utilitatem, & pacis dignitatem retinere*; quod *errare* etiam existat in Hittorp. sententia aperta, laudatque Modius d. Epistola XXVII.

3. *Quo tandem animo.* Hittorp. amplius. *Quo tandem igitur animo*, non inepte idem mox habet, *propre adus*, non *prope*, ut publicatur, ita & cap. 5. m. *et cum prope esse eadem monstrant*, haud *prope*, aristiceque Guelmii.

4. *Quas in salinis habent.* Turnebus lib. Advers. cap. 4. corrigit, in *salinis*, quem sequitur Lambinus. P. Manutius edidit *salinis* oblecturus scilicet conjectante Horomanti qui praeterea tamen annotat legi posse *salinis*, placitam Lipsio nostro libro II. de Magnitudine Rom. sed non in Pall. nostro, Erford. Colon. Vverd. Grut. uno ore laudant illud *salinis*; quod & retinuit.

5. *Qui vobis fructuosi sunt.* Fabric. *fructus*, quem sequitur Lambinus, aliofque veteres, ut ait, at enim nostri omnes sunt a vulgato.

6. *Maximam in Asia negotiantur.* Hittorp. & Vverd. *partim ipsi in Asia negotiantur*, ad sententiam illustrandam non incommodam, inquit Guelmii.

7. *Plurimorum civium cum rebus, defenduntur.* Vverd. Hittorp. & Erford. *cum rebus, cumque defenduntur*, appositae ad ea quae antecesserunt.

8. *Ne forte a vobis.* Lambinus abiecit d. Guelmiius ei addidit *litteralam, scire*, quomodo Pal. sec. sed divisit *vobis, forte an.*

9. *Instructas fuisse, & urbesque.* Est ab Hittorp. & Vverd. neque abent Pall. aut Gruter. editae antiquiores, quam quod desiderantur illa *fuisse*, inepte nupte vulgari, *instructas esse delicias*, certe sic nullas Palatiorum, vel Gruter. vel Erford. nimirum oratoris hostium laudat, ut maior fiat Lucullus qui talem superavit. Ceterum monet praetera haec Guelmiius, in Vverd. esse *Mithridati*, veteri ratione scribendi; ut etiam infra hoc libro *ex Tigraui regis*, in Hittorp.

10. *Quam L. Lucullus, &c. liberavit.* Sic rursus omnes Pall. Hittorp. Vverd. & Gruter. item avorum aeo scriptis pro quo reposuit a posterioribus, L. Lucullus, &c. *liberatum, cur quae lo?*

11. *Invenit inflammata reperitur.* Colonienfis liber Hittorp. *studis, atque edis inflammata reperitur*, quod tanto magis satisfacit, quia & Erford. servet illud *inflammata*; habetque Vverdenf.

12. *Quibus vobis venata atque vestra.* Erford. *venata, & vestra*; quod & in B. & Pal. sec. placebatque Guelmiius, non etiam mihi, vel ob terminaciones similiter desinentes.

13. *Adventu esse captas.* Sic quidem hodie legitur. Verum exolent edd. item Pall. omni. item Grut. B. Vverd. *esse clausas*, attendent ei curiofiores, nam non est temeraria talis conspiratio libraria.

galibus, esse gesta, Satis opinor hoc esse laudis; i atque ita, Quirites, ut hoc vos intelligatis, à nullo istorum, qui huic obrectant legi, atque causæ, L. Lucullum similiber ex hoc loco esse laudatum. Requiretur fortasse nunc, quemadmodum, cum hæc ita sint, reliquum possit esse *magnum bellum*: Cognoscite, Quirites, 2 non enim hoc sine causa queri videtur. Primum ex suo regno sic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur: quam prædicant in fuga, fratris sui membra in iis locis, quæ se parens persequeretur, dissipavisse, ut eorum collectio dispersa, maiorque patrius, *celeritatem* persequendi retardaret. Sic Mithridates fugiens, maximam vim auri, atque argenti, pulcherrimarumque rerum omnium, quas & majoribus acceperat, & ipse bello superiore ex tota Asia direptas, in suum regnum congeslerat, in Ponto omnem reliquit. hæc dum nostri colligunt omnia diligentius, rex ipse è manibus effugit, ita illum in persequendi studio maior, hos lætitia retardavit. 3 Hunc in illo timore, & fuga, Tigranes, rex Armenius, excepit: diffidentemque rebus suis confirmavit, & afflictum erexit, perditumque recreavit. cuius in regnum posteaquam L. Lucullus cum exercitu venit, plures etiam gentes contra imperatorem nostrum concitavit sunt. Erat enim *metus inopellus* iis nationibus quas nunquam populus Romanus neque lacessendas bello, neque tentandas putavit, erat etiam alia gravis, atque vehemens opinio, quæ per animos gentium barbararum pervaserat, & *frans locupletissimi*, & religiosissimi diripiendi causa in eas oras nostrum exercitum esse adductum. Ita nationes multæ, atque magna novo quodam terrore, ac metu concitabantur. Noster autem exercitus, etsi urbem ex Tigranis regno ceperat, & præliis usus erat secundis, tamen nimia *longinquitate locorum*, ac desiderio suorum commovebatur. Hic jam plura non dicam, fuit enim illud extremum, ut ex iis locis à militibus nostris reditus magis maturus, 4 quam processio longior quæreretur. 5 Mithridates autem & suam manum jam confirmarat, & eorum, qui se ex ejus regno collegerant, 6 & magnis adventitiis multorumque, & nationum copiis juvabatur. Hoc jam serè sic fieri solere accepimus, ut 8 10 v m afflictæ fortuna facile multorum opes alliciant ad invidiosissimam, maximeque eorum, qui aut reges sunt, aut vivunt in regno; 7 quod regale us nomen, *magnum*, & *sanctum* esse videatur. Itaque tantum victus efficere potuit, quantum incolumis nunquam est ausus optare. nam cum se in regnum recepisset suum, non fuit

eo contentus quod ei præter spem acciderat, ut illam, postquam pulsus erat, terram umquam attingeret; sed in exercitum vestrum, clarum, atque victorem, impetum fecit. Sinite hoc loco, Quirites, (sicut poetæ solent, qui res Romanas scribunt) præterire me nostram calamitatem; quæ tanta fuit, ut eam ad aureis L. Luculli non ex prælio nuntius, sed ex sermone rumor afferret. Hic in isto illo malo, gravissimaque belli offensione, L. Lucullus, qui tamen aliqua ex parte iis incommodis mederi fortasse potuisset, vestro jussu coactus, quod *imperii duntaxat modum statuerat*, veteri exemplo putavisset, 8 partem militum, qui jam stipendius confecti erant, dimisit, partem Glabriori tradidit. Multa præterea consultò: sed ea vos 10 conjectura perspiciatis, 11 quantum illud bellum futurum putetis, quod conjungant reges potentissimi, tenovegent agitata nationes, suscipiant integræ gentes, *novus imperator* vester accipiat, 12 veteri pulso exercitu. Satis mihi multa verba fecisse videor, 13 quare hoc bellum esset, genere ipso necessarium, magnitudine periculolum, restat, ut de imperatore ad id bellum deligendo, ac tantis rebus præficiendo, dicendum esse videatur. Utinam, Quirites, virorum fortium, atque *innocentium* copiam tantam haberetis, ut hæc vobis delibratio difficilis esset, quemnam potissimum tantis rebus, ac tanto bello præficiendum putaretis. Nunc verò cum sit unus Cn. Pompejus, qui non modò eorum hominum, qui nunc sunt, gloriam, sed etiam antiquitatis memoriam virtute superarit: quæ res est, quæ cujusquam animum in hac causa dubium facere possit? Ego enim sic existimo, 14 N S V M M O I M P E R A T O R E quatuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. Quis igitur hoc homine scientior umquam aut fuit, aut esse debuit? 14 qui è ludo, atque pueritiæ disciplina, bello maximo, atque acerrimis hostibus, ad patris exercitum, atque in militiæ disciplinam profectus est? qui extrema pueritia 15 miles fuit summi imperatoris: in eunte adolescentia maximi ipse exercitus imperator? qui sapius *cum hoste conflixit*, quam quisquam cum inimico cœcavit? plura bella gessit, quam ceteri legerunt? plures provincias confecit, quam alii concupiverunt? cujus adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis præceptis sed suis imperiis: non offensivibus belli, sed v. storiis: non stipendiis, sed 16 *triumphis* esse erudita? Quod denique genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna reip.? Civile, Africanum, Transalpinum, Hispaniense, 17 mistum ex civitatibus, atque bellicosissimis nationibus, servile, navale bellum, varia & diversa

1. *Atque ita Quirites, ut huius verba, &c.* Ejus illud verbum, quod hæcenus vulgatum fuit tanquam spurium: certe aprior heic foret Putecani emendatio, atque id verbum, verum quid? Pall. pr. ejus habet loco r. p. quod & in sexto, sed in excelsis ita, qualitas exhibet ita respicit, neque aliter Græc. adeo ut dubium non sit quin admittenda veniet scriptura Hitt. & Vverd. ita r. p. ut ea enim nota designat Quirites, quod ipsum cum omnibus literis periculum fuisse in Tertulio testaretur Suffridus noiter, jure id auctor nostro redonavi.
2. *Non enim huius fuit causa.* Sic Erford. Hittorp. Vverd. quod est *Quirites, ut huius fuit causa.* Sic Erford. Hittorp. Vverd. quod est *Quirites, ut huius fuit causa.*
3. *Hunc in illo timore & fuga.* Fortè ex *scipio*. Erford. habebat, *tempore & fuga* quod præclarum Gulielmo visum pro *spiculis & calamitatis*.
4. *Quam processio longior.* Ita Pall. aliorumque scripti, imò etiam primitus cull. deinceps, *processio*. sic autem Cicero *contumeliosum* semper, *contumeliosum*, nunquam dixit, inquit Gulielmus.
5. *Mithridates autem & suam manum.* Sic. Non minus bene Hittorp. codex, *confirmitat eorum opera, qui ad eum ex ipso regno concesserant*.
6. *Et magnis adventitiis auxiliis multorumque.* Sic quidem Fabric. item Vverd. & Hittorp. sed, si standum fides lex Pall. & libri Groteriani, item editionis anni CCCCXXX. Venet. illud *auxiliis* eradicandum, oportet quod ibidem nullum conficiatur, non magis quam antea vulgatum cepit & quod tamen existat in publicatis anno CCCCXXXIII.
7. *Quod regale sit nomen.* Si auctoritatem Pall. & aliorum scripserit, retinendum, ut hic, quomodo & superiore sæculo cusi.
8. *Partem militum &c.* Gulielmus dicitur, partem militum &c. Partem Glabriori tradidit, quod ultimam illud partem invenisset in Hittorp.

de quo loquendi genere Agellius lib. x. cap. 13.
9. *Stipendius confecti.* Haud aliter Pall. omnes reliquorumque, nec non edd. vet. neoterici *confecti*.
10. *Conjectura perspiciatis.* B. & Vverd. item Gruter. *perspiciatis*, quod vehementius patet Gulielmus.
11. *Quantum illud bellum futurum putetis.* Ita Pall. ita Gruter. ita Vverd. Hittorp. & B. neque diverunt edd. veteres, recentiores, futurum Hittorp. præterea neque verat illud; mihi serè & *scipio*, & *scipio*, glossam olet.
12. *Veteri pulso exercitu.* Est ab Fabr. Hitt. Vverd. prius vulgati *confecti*, quod & in Pall. omni.
13. *Quare hoc bellum esset.* Præfert Gulielmus, tanquam apertius, *quod* quod in Hittorp.
14. *Qui è ludo atque pueritiæ disciplina.* Colon. & Vverd. liber, *atque è pueritiæ disciplina*, quod maluit Gulielmus: ut intelligat eas artes quibus ætas pueri ad humanitatem informari solet.
15. *Miles fuit summi imp.* Idem, *miles in exercitu summi fuit imp.* placuitque Gulielmo, cum abire tot Palatinis, videri queant à librariis: etiam non negem numerosius.
16. *Triumphis esse erudita.* Præposui & hanc lectionem. Fabr. repetam item in Erford. Vverd. Hitt. vulgata, *est tradita*, præsertim quod in mss. nostris & vet. hæretis *tradita*, pugnat tamen heicose pro recepta lectione, amicus noster Schottus lib. 1. Nodor. Cicet. cap. 7.
17. *Mistum ex civitatibus atque ex bell.* Colonien. *ex bellis & bellis*, unde libens fecit Gulielmus *ex bellis & bellis*, ut loquatur de Hispaniensi bello, ego non rececissim à lectione recepta, quæ in edd. omnibus & Pall.

versa genera, & bellorum, & hostium, non solum gesta ab hoc uno, sed etiam confecta, nullam rem esse declarant, in usu militari positam, quae hujus viri scientiam fugere possit. Jam vero virtuti Cn. Pompei, quae potest par oratio inveniri? quid est, quod quisquam aut dignum illo, aut vobis novum, aut cuiquam insudum possit afferre? Neque enim illi sunt solae virtutes imperatoriae, quae vulgo existimantur, labor in negotio, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in providendo: quae tanta sunt in hoc uno, quanta in omnibus reliquis imperatoribus, quos aut vidimus, aut audivimus, non fuerunt. Testis est Italia, quam ille ipse victor, L. Sulla, 1. hujus virtute, & subsidio confectus est liberatam. testis est Sicilia, quam multis undique cinctam periculis, non terrore belli, sed celeritate consilii, explicavit. testis est Africa, quae magnis oppressa hostium copiis, eorum ipsorum sanguine redundavit. testis est Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter, Gallorum 2. internecione patefactum est. testis est Hispania, quae sepius plurimos hostes ab hoc superatos, prostratosque conspexit. testis est iterum, & sepius Italia, quae cum servili bello tanto, periculoque premeretur, ab hoc auxilium abiente expetivit: quod bellum expectatione Pompei attenuatum, atque imminutum est: adventu sublatum, ac sepultum. 3. testes vero iam omnes orae, atque omnes exterae gentes, ac nationes: denique maria omnia, tum universa, tum in singulis oris omnes sinus, atque portus. Quis enim toto mari locus per hos annos, aut tam firmum habuit praesidium, ut tutus esset? aut tam fuit abditus, ut lateret? Quis navigavit, qui non se aut mortis, aut servitutis periculo committeret, cum aut hyeme, aut refero praedonum mari navigaret? Hoc tantum bellum, tam turpe, tam vetus, tam late divisum, atque dispersum, quis umquam arbitraretur aut ab omnibus imperatoribus uno anno, aut omnibus annis ab uno imperatore confici posse? 4. Quam provinciam tenuistis à praedonibus liberam per hosce annos? quod vechgal vobis tutum fuit? quem socium defendistis? cui, praesidio, classibus vestris, fuistis? quam multas existimatis insulas esse desertas? quam multas aut metu relictas, aut à praedonibus captas urbes esse sociorum? Sed quid ego longinqua commemoro? Fuit hoc quondam, fuit proprium populi Rom. longè à domo bellare, & propugnaculis imperii sociorum fortunas, non sua telia defendere. Sociis vestris ego mare clausum per hosce annos dicam fuisse, cum exercitus nostri 5. Brundisio nunquam, nisi summa hieme, transfugerent, captos querat; cum legati populi Rom. redempti sint? mercatoribus tutum mare non fuisse dicam, cum duodecim seculis in praedonum potestate pervenerint? 7. Caidum aut Colophonem, aut Samum, nobilissimas urbes, innumerabileisque alias, captas esse commemorem, cum vestros portus, atque eos portus,

quibus vitam & spiritum ducitis, in praedonum fuisse potestatem sciat? An vero ignoratis, portum Cajetae celeberrimum, atque plenissimum navium, inspectante praetore, à praedonibus esse diripitum? Ex Miseno autem ejus ipsius liberos, qui cum praedonibus antea ibi bellum gesserat, à praedonibus esse sublato? Nam quid ego Ostiense incommodum, atque illum labem, atque ignominiam resp. querat, cum, prope inspectantibus vobis, classis ea, cui consul populi Romani praepositus esset, à praedonibus & capta, atque oppressa est? Pro dii immortales! tantumne unius hominis incredibilis, ac divina virtus tam brevi tempore lucem asserere resp. potuit, ut vos, qui modò ante ostium Tiberinum classem hostium videbatis, ii nunc nullam intra Oceani ostium praedonum navem esse audiat? Atque haec, quae celeritate gesta sunt, quanquam videris, tamen à me in dicendo praeterita non sunt. Quis enim umquam, aut obediendi negotii, aut consequendi quaevis studio, tam brevi tempore, tot loca adire, totas cursus conficere potuit, quam celeriter, Cn. Pompejo duce, 10. belli impetus navigavit? 11. qui nondum tempestivo ad navigandum mari Siciliam adit, Africam exploravit: inde Sardiniam cum classe venit: atque haec tria fragmentaria subsidia resp. firmis praesidiis, classibusque munit. Inde, se cum Italia recepisset, duabus Hispaniis, 12. & Gallia Cisalpina praesidiis, ac navibus confirmata, missis item in ora Illyrica maris, & in Achaia, omnemque Graeciam navibus, Italiae duo maria maximis classibus, firmis praesidiis adornavit: ipse autem, 13. ut à Brundisio profectus est, undequinquagesimo die totam ad impetum populi Romani Ciliciam adjunxit: omnes, qui ubique praedones fuerunt, partim capti, interfectique sunt, partim unius hujus imperio, ac potestati se dederunt. Idem Cretenisibus, cum ad eum 14. usque in Pamphiliam legatos deprecatoresque misissent, spem deditiois non ademit, obidesque imperavit. Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longe, lateque dispersum, quo bello omnes gentes, ac nationes premebantur, Cn. Pompejo extrema hieme apparuit, incunte vere suscepti, media aetate confecti. Est haec divina, atque incredibilis virtus imperatoris, quid ceterae, quas paulo ante commemorare coeperam, quantae, atque quam multae sunt? non enim solum bellanda virtus in summo, atque perfecto imperatore quaezenda est: sed multae sunt artes eximiae, hujus administratae, comitesque virtutis. Ac primum quanta innocentia debent esse imperatores! quanta deinde omnibus in rebus temperantia! quanta fide! quanta facilitate! quanto ingenio! quanta humanitate! Quae breviter, qualia sint in Cn. Pompejo, consideremus. Summa enim omnia sunt, Quirites: sed ea magis ex altiori contentione, quam ipsa per sese cognosci, atque intelligi possunt. Quem enim possumus imperatorem 15. aliquo in numero putare, cujus in exercitu vobis centuratus, atque venie-

runt?

1. *Haec ut videtur & subsidia.* Ita uno consensu Pall. & Gulielmianis nec non edd. antiquae posteriores *confecta*.
2. *Internecione.* Lambinus è suis *internecione*, quod & videtur fuisse in Pall. quinto, nam secundo, tertio, *internecione*, quod & in H. V. Bac enim *pe. internecione*. *sext. internecione*. *sept. internecione*. *Grat. internecione*; quod & in editionibus omnium primis.
3. *Testes vero iam omnes orae, atque omnes exterae gentes.* Haud secus Pall. ut enim Colan. *testes vero iam omnes orae, atque omnes, terra, gentes, nationes*, quod valde amplectitur Gulielmus.
4. *Quam provinciam tenuistis à praedonibus liberam.* Dictionem *liberam* expulserat Gulielmus, auctoritate Coloniens. non ausum loqui, & repugnant tot alioquin libri calamo exarati.
5. *Brundisio nunquam.* Pall. & olim cusi, à *Brundisio*, nihil posui.
6. *Qui ad vos ab exteris nation. ven. capti querat.* Insignis haec emendatio, est ab Colan. & Vverd. cum prius legeremus, sine ulla gratia, *Quid ad vos non ab exteris.* &c.
7. *Caidum aut Colophonem.* Sic egregie Fabric. Vverd. Hittorp. nam Italici nostri, *Quid aut Colophon.* ut & antea cusi.
8. *Captae sunt oppida est.* Sic Pall. omn. at Coloniens. *deprehensa est.* ex quo facit Gulielmus, *depressa est*; ut & Modius è *Epist. XCVII.*

9. *Intra Oceani ostium.* Accedit eis Gulielmianis, qui maluerat *Oceanum ostium*, quod & Sallustius dixisset *Oceanum mare*. at auribus meis iucunda est vox *ostium*, cupiamque mutatam aliam.
10. *Belli impetus navigavit.* Fabr. Hittorp. Vverd. *sententi bellum impetus*, quod & admittit Lambinus.
11. *Qui nondum tempestivo ad navigandum mari.* &c. Tota haec transpositio debetur Hittorp. & Vverd. at istos librorum corruptores rideamus albis dentibus, qui in Sardinia jam mari vixdem navigabili fuisse mentiantur, quando ergo in Africa? quando in Cilicia? hieme summa scilicet *Gulielmianis*. Palatini tamen stant à vulgato, cui non deest quo se defendat.
12. *Et Gallia Cisalpina.* Pal. tert. Hittorp. & Turingius *Transalpina*, recte inquit Gulielmianis, & quod propinquior Hispaniis, & quod usque ab ipso Pompejo devicta, postea Colan. legit *confirmata*; minus remoti à communi ratione loquendi.
13. *Ut à Brundisio profectus est.* Sic Pall. Hittorp. Vverd. omiserunt à Gulielmianis malebat, à *Brundisio profectus est*.
14. *Usque in Pamphiliam.* Non displicet Gulielmio Colan. lectio, *usque Pamphiliam*.
15. *Aliquo in numero.* Hittorp. atque Erfurd. *non in numero*.

rint? quid hunc hominem magnum, aut amplum de re-
pub. cogitare, qui pecuniam ex arario de promptam ad bel-
lum administrandum, aut propter cupiditatem provinciarum
magistratibus dividerit, aut propter avaritiam Romae in
quæstu reliquerit? Vestra admittimuratio facit, Quirites,
ut agnoscere videamini, qui hæc fecerint, ego autem nemi-
nem nomino. quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui ante
de se voluerit confiteri. Itaque propter hanc avaritiam
imperatorum, 1 quantas calamitates, quocumque ven-
tum sit, nostri exercitus ferant, quis ignorat? Intra, quæ
per hosce annos in Italia per agros, atque oppida civium
Romanorum, nostri imperatores fecerunt, recordamini. tum
facilius statuetis, quid apud exteras nationes, fieri existimetis.
Utrum plures arbitramini per hosce annos militum ves-
trorum armis hostium urbes, an hibernis, sociorum civi-
tates esse deletas? NEQUE ENIM POTEST EXERCITUM
IS CONTINERE IMPERATOR, QUI SE IPSUM NON
CONTINET: neque severus esse in iudicando, qui alios in
se severos esse iudices non vult. Hic miramur, hunc ho-
minem tantum excellere ceteris, cujus legiones sic in A-
siam pervenerunt, ut non modò manus tanti exercitus,
sed ne vestigium quidem cuiquam pacato nocuisse dica-
tur? Jam verò, quemadmodum milites hibernent, quo-
tidie sermones, ac literæ perferuntur, non modò, ut lum-
tum faciat in militem, nemini vis affertur: sed ne cupison-
si quidem cuiquam permittitur. Hæc enim non avari-
tiam perfugium majores nostri in sociorum atque amico-
rum tectis esse voluerunt. Agere verò ceteris in rebus 2 quali
sit temperantia, considerate. Unde illam tantam celeri-
tatem, & tam 3 incredibilem cursum in itinere putatis? non
enim illum eximia vis remigum, aut ars inaudita quæ-
dam gubernandi, aut venti aliqui novi, tam celeriter in
ultimas terras pertulerunt: sed hæc res, quæ ceteros memorari
solent, non retardarunt: non avaritia ab instituto cursu
4 ad prædam aliquam devocavit, non libido ad volup-
tatem, non amœnitas ad delectationem, non nobilitas ur-
bis ad cognitionem, non denique labor ipse ad quietem.
postremo signa, & tabulas, ceteraque ornamenta Græco-
rum oppidorum, quæ ceteri tollenda esse arbitrantur, ea
sibi ille ne visenda quidem existimavit. Itaque omnes
quidem nunc in his locis Cn. Pompejum, sicut aliquem
non ex hac urbe missum, sed de celo delapsum, intuentur;
nunc denique incipiunt credere, fuisse homines Roma-
nos hæc quondam abstinentia: quod jam nationibus ex-
teris incredibile, ac falsò memoriæ proditum videbatur:
5 nunc imperii nostri splendor illis gentibus lucet: nunc

intelligunt, non sine causa majores suos tum, cum hæc
temperantia magistratus habebamus, servare populo Ro-
mano, quam imperare aliis, maluisse. Jam verò ita faciles
aditus ad eum privatorum, ita liberæ querimonie de alio-
rum injuriis esse dicuntur; ut is, qui dignitate principi-
bus excellit, facilitate par infimis esse videatur. Jam quan-
tum consilio, quantum dicendi gravitate, & copia valeat,
in quo ipso inest quædam dignitas imperatoria, 6 vos, Qui-
rites, hoc ipso in loco sæpe cognovistis. Fidem verò ejus in-
ter socios quantum existimari putatis, 7 quam hostes om-
nium gentium sanctissimam judicant? Humanitate jam
tanta est, ut difficile distu sit, utrum hostes magis virtu-
tem ejus pugnantes timuerint, in mansuetudinem victi di-
lexerint. Et quisquam dubitabit, quin huius tantum
bellum hoc transmittendum sit, qui ad omnia nostræ me-
moriæ bella conficienda, divino quodam consilio natus
esse videatur? Et, quoniam auctoritas multum in bellis
quoque administrandis, atque imperio militari valet, certè
nemini dubium est, quin ea re idem ille imperator pluri-
mum possit. Vehementer autem pertinere ad bella admini-
stranda, quid hostes, quid socii de imperatoribus vestris
existiment, quis ignorat, cum sciamus, homines in tan-
tis rebus, ut aut contemnant, aut metuant, aut oderint, aut
ament, 9 OPINIONEM non minus famæ, quam aliqua certa
ratione commoveri? Quod igitur nomen umquam in orbe
terrarum clarius fuit? cujus res gestæ pares? de quo homi-
ne vos, id quod maximè facit auctoritatem, tanta, & tam
præclara iudicia fecistis? An vero ullam usquam esse oram
tam desertam putatis, quò non illius diei fama pervaserit,
cum univèrsus populus Romanus referto foro, repletisque
omnibus templis, ex quibus hic locus conspicitur potest,
unum sibi ad commune omnium gentium bellum Cn. Pompe-
jum imperatorem deposcivit? Itaque, ut plura non di-
cam, neque aliorum exemplis confirmem, quantum huius
auctoritas valeat in bello: ab eodem Cn. Pompejo omnium
rerum egregiarum exempla sumantur: qui, quo die à vo-
bis maritimo bello præpositus est imperator, 10 tanta re-
pentè vilitas anno ex summa inopia, & caritate rei fru-
mentariæ consecuta est, 11 unius spe & nomine, quantam
12 vix ex summa ubertate agrorum diuturna pax efficere
potuisset. 13 Jam accepta in Ponto calamitate, ex eo præ-
lio, de quo vos paulò ante invitatus admonui: cum socii
pertinuissent; hostium opes, animique crevissent: satis
firmum præsidium provincia non haberet. amississet A-
siam, Quirites, 14 nisi ad id ipsam ejus temporis divinitus
Cn. Pompejum ad eas regiones fortuna populi Romani at-
tulisset.

Bb

tullisset.

1. Quantas calam. nostri exercitus ferant.] Colonienf. adfrant: quod
admittendum putabat Modius Novantiq. Epist. xcvii. ob ambiguita-
tem vulgari, nefas enim an velit Ducis avaritiam nocere militi, an
eis quibus adveniunt.

2. Quali sit temperantia.] Pall. ferè qualis, quod & in olim costis & V.
ac B. sed Hitrop. qua. unde minimo negotio fiat qua fit. quomodo pla-
cebat Modio nostro.

3. Incrediblem cursum invennum.] Non potui excludere istud, inven-
num in Pall. & Guelielmianis omnibus: quamvis displicerit Lam-
bino qui suppositit inuam. mecum facit Modius, qui videatur Epist.
xcvii. quid quod inuam illud vulgatum, respouit editiones anti-
quiores: quas nemo consulat sine tractu. sic invenna salus, est pro
Sulla.

4. Ad prædam devocavit.] Est à plerisque Pall. quibus secundas faci-
ant, B. H. V. E. Guelielmiani. antea erat devocavit, maluisse ferocavit,
quam prius vulgatum.

5. Nunc imperii nostri splendor illis gentibus lucet.] Meliores Palatini,
vestri, ac Colon. præterea, ista gentibus lucem adferre capiti.

6. Vos Quirites, &c.] Colon. vos quique, quod placet Modio, nisi
potius quod putet vos quoque Quirites, sive hic loci cognoscit. Epistolar.
LXIX.

7. Quam hostes omnium gentium sanctissimam jud.] Lambinus ox Fabric.
mover inuam generum. neq; aliter membranz quas excessit Guelielmianis.
sed tamen vulgatum putat haud pejorem, si non meliorem. hæc enim
eleganter sceleratissimos hostes opponit fidei sanctissimæ.

8. Tantum bellum transmittendum.] Coldu. permittendum, in quod

Inclinant Guelielmius & Modius. verum cum in nostris omnibus per-
fer alterum, minus notum libraris, haud facillè id vulgatiore isto
vocabulo permutaverim. Videatur tamen Modius Novantiq. episto-
la LXIX.

9. Opinione non minus famæ, quam.] Colon. ac fama, quod rectum pu-
tat Guelielmianus. aut enim inquit, suspicionibus, aut rumoribus homi-
num temere credimus. verum est: sed nihil heic mutandum. opinio sa-
ma est heic ipsa fama; vel potius existimatio ac rumor à fama natus.
nam opinari, notare, loqui ac sentire de aliquo in hanc, vel illam par-
tem, diu est quod prodiderunt Critici; & inprimis indignis ille Petrus
Faber libro III. Semestrium.

10. Tanta repente vilitas anno ex summa, &c.] Hitrop. repentino
quod mutat Guelielm. in repentinus. Modius ait in suo scripto non re-
tentionem anno, putatque commodius abesse.

11. Unius spe ac nomine.] Aliquando suspicabar, unius huius spe. sed
nunc non abhorreo ab Hitrop. & Vverd. unius hominis spe. de quo item
adeatur Modius Epist. LXIX.

12. Vix ex summa ubertate, &c.] Colon. vix in summa, quod præponit
vulgato Modius ibidem. mihi secus videtur.

13. Jam accepta.] Delevi heic verò, & paulo post voculam eam secu-
tus cum Pall. meos, aliorumque scriptos.

14. Nisi ad id ipsam ejus tempora.] Sic vet. edd. neque abent aliquot
Pall. aliud quid latet, vel, nisi illa ipso paulo temporis, vel simile quid.
Colonienf. exemplar quoque non niale, nisi ad ipsam disferencia ejus tem-
poris. quod laudant Guelielmianis, ac Modius Epistola LXIX. sed mihi
vix dubium sit, interpolatum quoque illud ipsum.

v. Insuper

tulisset. Huius adventus & Mithridatem insolita inflammatum victoria continuit, & Tigranem magnis copiis in-
nitantem Asia retardavit. Et quisquam dubitabit, quid
virtute perfectus sit, qui tantum auctoritate perfecterit? aut
quàm facile imperio, atque exercitu locios, & vestigalia
conservaturus sit, qui ipso nomine, ac rumore defenderit?
Age verò illa res quantum declarat ejusdem honoris apud
hosteis populi Rom. auctoritatem, quod ex locis tam lon-
ginq̄, tamque diversis, tam brevi tempore omnes unà
huic se dederunt? 3 quòd Cretensem legatū, cum in eo-
rum insula noster imperator, exercitusque esset, ad Cn.
Pompejum in ultimas propè terras venerunt, eique se om-
nes Cretensem civitates dedere velle dixerunt? Quid?
idem iste Mithridates, nonne ad eundem Cn. Pompejum,
legatum usque in Hispaniam misit? 4 cumque Pompejus
legatum semper iudicavit? 5 in quibus semper erat volun-
tatum, ad eum potissimum esse missum, ipeulatorem,
quàm legatum iudicari maluerunt? Potestis igitur jam con-
stituere, Quiritēs, hanc auctoritatem, multis postea rebus
gestis, magnisque vestris iudiciis amplificatam, quantum
apud illos reges quantum apud exterarum nationes valuit
esse existimetis. Reliquum est, ut de felicitate, quam præ-
stare de se ipso nemo potest, meminisse, & commemorare
de altero possumus: sicut æquum est homini de potestate
deorum. *tamidi* & pauca dicamus. Ego enim sic existimo:
Maximo, Marcello, Scipioni, Mario, & ceteris magnis im-
peratoribus, non solum propter virtutem, sed etiam pro-
pter fortunam, sæpius imperia mandata, atque exercitus
esse commissi. fuit enim profecto quibusdam summis vi-
ris quædam ad amplitudinem, & gloriam, & ad res ma-
gnas bene gerendas divinitus adiuncta fortuna. de huius au-
tem hominis felicitate, quo de nunc agimus, hac unam mo-
deratione dicendi, non ut in illius potestate fortunam po-
sitam esse dicam, sed ut præterita meminisse, reliqua spe-
rare videamur, ne aut invisâ diis immortalibus oratio nos-
tra, aut ingrata esse videatur. Itaque non sum prædicatu-
rus, Quiritēs, quantas ille res domi, militiæque, terra,
marique, quantaque felicitate gesserit: ut ejus semper vo-
luntatibus non modò cives assenserint, loci obtempera-
rint, hostes obederint: sed etiam venti, tempestatesque
obsecundantes hoc brevissimè dicam, neminem umquam
tam impudentem fuisse, qui a diis immortalibus tot, &
tantas res sacius auderet optare, quot, & quantas dii im-
mortales ad Cn. Pompejum detulerunt, quod ut illi pro-
prium, ac perpetuum sit, Quiritēs, cum communis salu-
tis, atque imperii tam ipsius hominis causa (sicuti facitis)
velle & optare debetis. Quare cum & bellum ita necessa-
rium sit, ut negligi non possit: ita magnum, ut accuratissi-
mè sit administrandum: & cum et imperatorem præficere
possitis, in quo sit eximia belli scientia, singularis virtus,
clarissima auctoritas, egregia fortuna: dubitabitis, Quiri-
tēs, quin hoc tantum boni, & quod vobis à diis immortalib.
oblatum, & datum est, in rempublicam conservandam, at-

que amplificandam conferatis? Quòd si Romæ Cn. Pom-
pejus privatus esset hoc tempore: tamen 7 ad tantum bel-
lum is erat delendus, atque mittendus, nunc, cum ad ce-
teras summas utilitates hæc quoque opportunitas adjungat-
ur, ut in iis ipsis locis adsit, ut habeat exercitum, ut ab iis,
qui habent, accipere statim possit: quid expectamus? aut
cur non, ducibus diis immortalibus, eidem, cui cetera
summa cum salute reipublicæ commissa sunt, hoc quoque
& bellum regium committimus? At enim vir clarissimus,
& amantissimus reipublicæ vestris beneficiis amplissimis
affectus, Q. Catulus: itemque summis ornamentis hono-
ris, fortuna, virtutis, ingenii præditus, Q. Hortensius, ab
hac ratione dissentunt: quorum ego auctoritatem apud
vos multis locis plurimum valuisse, & valere oportere con-
fiteor: sed in hac causâ, tametsi cognoscitis auctoritates
contrarias virorum fortissimorum, & clarissimorum, ta-
men, omissis auctoritatibus, ipsa re & ratione exquirere pos-
sumus veritatem: atque hoc facilius, quòd ea omnia, quæ
adhuc à me dicta sunt, iidem isti vera esse concedunt, &
necessarium bellum esse, & magnum, & in uno Cn. Pom-
pejo summa esse omnia. Quid igitur ait Hortensius? Si uni
omnia tribuenda sunt, unum dignissimum esse Pompejum:
sed ad unum tamen omnia deferri non oportere. Obsolevit jam
ista oratio, re multo magis quam verbis, refutata. Nam tu
idem, Quinte Hortensius, multa pro tua summa copia, ac sin-
gulari facultate dicendi, & in seculo contra virum sortem
A. Gabinium, graviter, ornate, dixisti cum is de uno im-
peratore contra prædones constituendo legem promulgasset:
& ex hoc ipso loco 10 permulta itam contra legem eam
verba fecisti. Quid situm, per deos immortales, si plus apud
populum R. auctoritas tua, quàm ipsius populi R. factus, &
vera causa valeret, hodie hanc gloriam, atque hoc orbis
terrarum imperium teneremus? An tibi tum imperium esse hoc
videbatur, cum populi R. legati, prætores, quaestoresque ra-
piebantur? cum ex omnibus provinciis commeatus & pri-
vato, & publico prohibebamur? cum ita clausa erant nobis
omnia maria ut neque 11 privatam rem transmissam, neque
publicam jam obire possemus? Quæ civitas antea umquam
fuit, non dico Atheniensium, quæ satis latè quondam mare
tenuisse dicitur: non Carthaginiensium, qui per multum
classe, maritimisque rebus valuerunt: non Rhodiorum,
quorum usque ad nostram memoriam disciplina navalis,
& gloria remansit: quæ civitas umquam antea tam tenuis,
quæ tam parva insula fuit, quæ non portus suos, & agros,
& aliquam partem regionis, atque ora maritimæ per se
ipsa defenderet? At hec aliquid animos continuos ante
legem Gabiniam ille populus Romanus, cujus usque ad
nostram memoriam, nomen invictum in navalibus pugnis
permaneret, magna, ac multo maxima parte non modò
utilitatis, sed dignitatis, atque imperii caruit. Nos, quo-
rum majores Antiochum regem classe, Peisenque supera-
runt, omnibusque navalibus pugnis Carthaginiensibus, ho-
mines in maritimis rebus exercitissimos, paratissimos-
que

1. *Insolita inflammatum victoria.* Colon. *salta*, unde Guelhelmius su-
spicatus verum esse *felida*.

2. *Omnes sua huius se dederunt?* Haud aliter Pall. sed melius Toring.
Vverb. Colon. *Omnes hinc se uni dedit*, nam una quei poterant tam diversi
ac diversi.

3. *Quod Cretensem legatū, etc.* Colonienſe exemplar, quod communi
Cretenſium leg. adeo ut nihil certius sit quàm immittendum, ut placebat
Guelhelmo, præpositionem, scribendumque quod a communi Cretenſium
etc. Sic Fronten. in Verrem, cui statim fuit Roma innotuit a communi si-
nilla, etc. Vult ergo, communitè ab omnibus Cretenſium populi mis-
ſos legatos quod tamerſi aliter est, tamen in hac Pompejana laude com-
modum est M. Tullio, cuius causa re quidem ipsa, quam deditis
Cretenſibus durus fuerit, videndum apud Plutarchum.

4. *Eumque Pompejum legatum semper iudicavit.* Colon. & Vverb. eam
quam Pompejum, admodum quàm suaviter, inquit Guelhelm.

5. *In quibus semper erat volentium, etc.* Illud semper aberat Basiliceno
Colon. quod tamen ceteri libri agnoscunt, itaque emendandum pu-

tabat Guelhelmius, si quibus per erat volentium. & amat hanc *τμήν*
hic noſter ad Ardicum libi. Epist. postrema: *Per mibi, per, inquam, gra-
tam fecerit, etc.* verum lib. v. Epist. 10. & lib. x. Epist. 11.

6. *Quod tibi a diis immortibus.* Dilertim Hit. sup. & Vverb. expreſſe-
rant illud vobis, ut vixi docti coniecerat, quod hæc tenus deſuit editis
libris.

7. *Ad tantum bellum erat delendus, etc.* Non mihi leviter aridit
ſcriptura Colon. erat ante *idem*.

8. *Regium bellum committimus.* Oprimè e mſ. *committimus*, unde fit
ut admodum placeat ſcriptura Hit. sup. *committimus*.

9. *Amantissimus reip.* Sic præter Fabric. Hit. & Vverb. prius deſe-
derat illud *amantissimus*.

10. *Permulta itam contra legem eam verba feci.* Sic Hit. & Vverb. prius
editi, *permulta itam contra legem eam verba feci*. Modus Epist. CXXIX.

11. *Privatam rem transmissam.* Haud aliter Hit. & Vverb. non ut
vulgo *privatam rem transmissam*, quod in nullo Palatinorum; qui re-
tulerunt.

que vicerunt: si nullo in loco jam *prædombus* paros esse poteramus. nos quoque, qui antea non modo Italiam tutam habebamus, sed omnes socios in ultimis oris auctoritate nostri imperii salvos præstare poteramus, tum, cum insula Delos tam procul à nobis in Ægeo mari posita, quò omnes undique cum mercibus, atque oneribus commebant, refecta divitiis, parva, *sine muro nihil timebas*: iidem non modo provinciis, atque oris Italiae maritimis, ac portibus nostris, sed etiam Appia jam via carebamus: & his temporibus non pudebat magistratus populi Romani, in hunc ipsum locum ascendere, cum eum vobis majores vestri exuvias nauticis, & classium spoliis ornatum reliquissent. Bone te animo tum, Q Hortensii, populus Romanus, & ceteros, qui erant in eadem sententia, dicere existimavit ea, quæ sentiebatis: sed tamen *in salute communi* idem populus Romanus dolori suo maluit, quam auctoritati vestræ obtemperare. Itaque una lex, unus vir, unus annus, non modo nos illa miseria, ac turpitudine liberavit: sed etiam effecit, 2 ut aliquando verè videremur omnibus gentibus, ac nationibus terra, marique imperare. Quo mihi etiam indignius videtur obrectatum esse adhuc, Gabinio dicam, ane Pompejo, an utriusque? (id quod est verius:) ne legaretur Aulus Gabinus Cn. Pompejo expectati, ac postulanti. Utrum ille, qui postulat legatum ad tantum bellum, quem velit, idoneus non est, qui imperet, cum ceteri ad expellendos socios, diripiendasque provincias, quos voluerint, legatos eduxerint: an ipse, cujus lege salus, ac dignitas populo Romano, atque omnibus gentibus constituta est, expers esse debet gloriæ ejus imperatoris, atque ejus exercitus, qui consilio ipse, atque periculo est constitutus? an C. Falcidius, Q. Metellus, 3 Q. Cælius Latinienis, Cn. Lentulus, quos omnes honoris causa nomino, cum tribunt plebis fuissent, anno proximo legati esse poterunt: in hoc uno Gabinio 4 sunt tam diligentes, qui in hoc bello, quod 5 lege Gabinia geritur, in hoc imperatore, atque exercitu, 6 quem per se ipse constituit, etiam præcipuo jure esse debet? de quo legendum pro consules ad senatum relatores, qui si dubitabant, aut gravabantur: ego me profiteor *relaturum*: 7 neque me impediet cuiusquam, Quirites, inimicum edictum, quo minus, fretus vobis, vestrum jus, beneficiumque defendam: neque, præter intercessionem, quidquam audiam: de qua (ut arbitror) isti ipsi, 8 qui minantur, etiam atque etiam, qui id liceat, considerabunt. Mea quidem sententia, Quirites, unus A. Gabinus, belli maritimi, 9 rerumque gestarum auctor, & omnes Cn. Pompejo adscribitur: propterea

quod alter uni id bellum suscipiendum vestris suffragiis detulit; alter delatum, susceptumque confecit. Reliquum est, ut de Q. Catuli auctoritate, & sententia dicendum esse videatur. qui cum ex vobis quæreret, si in uno Cn. Pompejo omnia poneretis, 10 si quid eo factum esset, in quo spem essetis habituri: cepit magnum suæ virtutis fructum, ac dignitatis, cum omnes propè una voce, IN EO 12 vos spem habituros esse dixistis. Etenim talis est vir, ut nulla res tanta sit, ac tam difficilis, quam ille non & 11 consilio regere, & integritate tueri, & virtute conficere possit. sed in hoc ipso ab eo vehementissimè dissentio, quod, QVO MINVS certa est hominum, ac minus diuturna vita, hoc magis resp. dum per deos immortalis licet, frui debet 12 summi hominis vita, atq; virtute. 13 At enim nihil novi fiat contra exempla atque instituta majorum. Non dico hoc loco, majores nostros semper in pace, consuetudini: in bello, *utilitati paruisse*: semper ad novos casus temporum, novorum consiliorum rationes accommodasse: non dicam, duo bella maxima, Punicum, & Hispaniense, ab uno imperatore esse confecta: duas urbes potentissimas, quæ huic imperio maximè minabantur, Carthaginem, atque Numantiam, ab eodem Scipione esse deletas: non commemorabo, nuper ita vobis, patribusque vestris esse visum, ut in uno C. Mario spes imperii poneretur. ut idem cum Jugurtha, idem cum Cimbris, idem cum Theutonibus bellum administraret. in ipso Cn. Pompejo, in quo novi constitui nihil vult Q. Catulus, quàm multa sint nova, 14 summaque Catuli voluntate constituta, recordamini. Quid enim TAM NOVUM, quàm adolescentulum, privatum, exercitum difficili reipublica tempore conficere? confecit. huic præesse? præfuit. rem optimè ductu suo gerere? gessit. Quid tam præter consuetudinem, quàm homini per adolescentem, cujus à senatorio gradu atas longè abesset, imperium, atque exercitum dari? Siciliam permitti, atque Africam, bellumque in ea administrandum? fuit in his provinciis singulari innocentia, gravitate, virtute: bellum in Africa maximum confecit, victorem exercitum deportavit. Quid verò tam inauditum, quàm equitem Romanum triumphare? at eam quoque rem populus Romanus non modo vidit, sed 15 etiam studio omni visendam putavit. Quid tam inusitatum, quàm ut, cum duo consules clarissimi, fortissimique essent, eques Romanus ad bellum maximum, formidolosissimumque pro consule mitteretur? missus est. quo quidem tempore, cum esset non nemo in senatu, qui diceret, NON OPORTERE MITTI HOMINEM PRIVATUM PRO CONSULE: L. Philippus dixisse dicitur,

Bb 2

dicitur,

1. Non pudet mag. pop. Roman. in hunc ipsum locum ascendere. Corripendum è Colon. *neque pudet in hunc ipsum locum ascendere*, quæ ultima vox sæpe loco suo mota ab imperitis librariis.
 2. Aliquando verè videremur. Magis populare est *videremini*, quod habent membranæ Colon. nec obstat quod præcesserit *nos*. hoc enim ferè hec servat Tullius, ut lætiora populo vindiceret: tristia etiam sibi communicet.
 3. Q. Cælius Latinienis. Colon. *Latinienis*, Pal. quint. & sext. *Latinienis*, in quibus item est *Cælius*. quod in tertio quoque conspicietur.
 4. *Sunt tam diligentes*. Respicit, ut puto, ad Legem Liciniam atque Butiam, de quibus II. Agrar. & pro Deiotaro. Hotomanus ad majorum morem refert: male sic Cl. Pateanus.
 5. *Quod lego Gabinia geritur*. Hitroptianus *geretur*, probabat Guelmius.
 6. *Quem per se ipse constituit*. ineptè vero, & rectè Colonienf. & Vverd. *quam per se ipse constituit*. hoc est Pompejo id bellum suscipiendum vestris suffragiis detulit. adeatur Mod. Epist. CXXIX.
 7. *Neque me impediet cuiusquam*. *Quirites*, iniquum edictum. Pro his solum habet Hitrop. *neque me imped. cuiusquam iniquitas*: quod non displicet Modio. Guelmius nihil mutabat nisi quod conferret reponi posse *iniquitas*, pro illo *inimicum*.
 8. *Qui minantur*. Malebat Guelmius *lectionem* nisi *minantur*. & ita infra ex iisdem membranis legebat, *quæ huic nobis maximè minitantur*.
 9. *Rerumque gestarum auctor*, *ceteri Cn. Pompejo adscribitur*. Col. *rerumque gestarum Cn. Pompejo scius adscribitur*. Sed tamen cum vulgata ex-

stet in Erford. m. nihil audeo loco movere Guelmius, cui & adsonior. Modius tamen sequitur scripturam alteram, d. Epistola CXXIX. Andr. Schottus lib. 1. Nodor. adsentitur Lambino expungendæ vocem *auctor*: diciturque à Manutiana vulgata, *ceteri Cn. Pompejo adscribitur*. Pall. nostris, ut & Lambiniani, non agnoscunt illa *auctor ceteri*, in quo exstant in editionibus annorum centum triginta, quæ editiones solum exhibent, *rerumque gestarum Cn. Pomp. adscribitur*. neque aliter Pal. sec. tert. sext. reliqui enim omnibus legitur *Cn. Pompejo*. adscriptum ad oram sec. *gestarum gloria*. ad tert. *gestarum scius*: alias *par. Gruteri exemplar præfert*, *rerumque gestarum auctor Cn. Pomp. adscribitur*.
 10. *Si quid ex factum esset*. Est à Fabric. & Hitrop. male vulgata, *si quid de eo factum*.
 11. *Consilio regere*. Tuetur hanc scripturam egregiè contra novas editæ Schottus noster lib. 1. Nodor. cap. 20.
 12. *Summi hominis vita*. Guelm. substituit ex Vverd. & Witt. *viri*, non modo ob *magis* in vocibus his, *viri vita virtus*; sed quia à *viro* dicta *virtus*, & eo plerumque hæc coniungantur.
 13. *At enim nihil novi fiat*. Guelmius reponerat è suis: *At enim ne quid novi fiat*, estque efficacius altero.
 14. *Summaque Catuli voluntate*, &c. Coniicit Guelmius, *summa Q. Catuli*, non ineptè.
 15. *Etiam omni studio visendam putavit*. Vverd. *omnium etiam studio*, &c. Basilicanus Colon. more suo optime, *etiam omnium studio visendam & celebrandamque*. prodidit & istud Modius lib. Novant. Ep. XXXII. qui tamen citat, *omni*, non *omnium*. male puto. nam in Pall. omnibus hæret ultimum illud, non alterum.

diciunt. **NO** SE ILLVM SVA SENTENTIA PRO CONSVLE, SED PRO CONSVLIBVS MITTERE. Tanta in co reip. bene gerendæ spes constituebatur, ut duorum consulum munus civitas adolefcentis virtuti committeretur. Quid tam singulare, quàm ut ex senatusconsulto *legibus solutus*, consul antè fieret, quàm ullum alium magistratum per leges capere licuisset? quid tam incredibile, quàm ut iterum eques Rom. S. C. triumpharet? quæ in omnibus hominibus nova *post hominum memoriam* constituta sunt, ea tam multa non sunt, quàm hæc, quæ ip hoc uno homine vidimus. Atque hæc tot exempla, tanta, acta nova, profecta sunt in eundem hominem à Q. Catulo, atque à ceterorum ejusdem dignitatis amplissimorum hominum auctoritate. Quare videant, ne sit periniquum, & non ferendum, illorum auctoritatem de Cn. Pompeji dignitate à vobis comprobaram semper esse: vestrum ab illis de eodem homine iudicium, populique Romani auctoritatem improbari: præsertim cum jam suo jure populus Romanus in hoc homine suam auctoritatem vel contra omnes, qui dissentiant, possit defendere: propterea quod, istis reclamantibus, vos unum illum ex omnibus delegistis, quem bello prædonum præponeretis. Hoc si vos temerè fecistis, & reipub. parum consulistis: rectè isti studia vestra suis consiliis regere conantur, sin autem vos plus tum in repub. vidistis: vos, his repugnantibus, per vosmetiplos dignitatem huic imperio, salutem orbi terrarum attulistis: aliquando isti principes, & sibi, & ceteris, populi Romani universi auctoritati parendum esse fateantur. Atque in hoc bello Asiatico, & regio, non solàm militaris illa virtus, quæ est in Cn. Pompejo singularis, sed alia quoque virtus animi multæ, & magnæ requiruntur. Difficile est in Asia, Cilicia, Syria, 2 regnisque interiorum nationum ita versari vestrum imperatorem, ut nihil aliud, quam de hoste, ac de laude, cogitet. deinde etiam si qui sunt pudore, ac temperantia moderatiores: tamen eos esse tales, propter multitudinem cupidorum hominum nemo arbitratur. Difficile est dictu, Quiritibus, quanto in odio simus apud exterarum nationes, propter eorum, 3 quos ad eas per hos annos cum imperio misimus, injurias, ac libidines. Quod enim sanum putatis in illis terris nostris magistratibus religiosum, quam civitatem sanctam, quam domum satis clausam, ac munitam fuisse? urbes jam locupletes, ac copiose requiruntur, quibus causa belli 4 propter diripiendi cupiditatem inferatur. Libenter hæc coram cum Q. Catulo, & Q. Hortensio disputarem, summis, & clarissimis viris, noverunt enim socio-

rum vulnera: vident eorum calamitates: quarumonia audiunt. Pro sociis vos contra hosteis exercitum mittere putatis, an hostium simulatione, contra socios, atque amicos? quæ civitas est in Asia, quæ 5 non modò imperatoris, aut legati, sed unus tribuni militum animos, ac spiritus capere possit? Quare, etiam si quem habetis, qui collatis signis, exercitus regios superare posse videatur: tamen, nisi erit idem qui se à pecuniis sociorum, qui ab eorum conjugibus, ac liberis, 6 qui ab ornamentis sanorum atque oppidorum, qui ab auro, gazaque regia, manus, oculus, animam cohibere possit: non erit idoneus, qui ad bellum Asiaticum, regiumque mittatur. Equam putatis civitatem pacatam fuisse, quæ locuples sit? equam esse locupletem, quæ ista pacata esse videatur? Ora maritima, Quiritibus, Cn. Pompejum non solum propter rei militaris gloriam, sed etiam propter animi continentiam requisivit. 7 Videbat enim Prætores locupletari quotannis pecunia publica, præter paucos; neque nos quidquam aliud assequi classium nomine, nisi ut, detrimentis accipendis, majore affici turpitudine videremur. Nunc, qua cupiditate homines in provincias, à quibus jacturis, quibus conditionibus proficiscantur, ignorant videlicet isti, qui ad unum defendenda esse omnia non arbitrantur? quali verò Cn. Pompejum non cum suis virtutibus, tum etiam alieni vitii magnum esse videamus. Quare nolite dubitare, quin huic uni credatis omnia, 9 qui inter annos tot unus inventus sit, quem socii in urbe suas eum exercere venisse gaudeant. Quod si auctoritatibus hanc causam, Quiritibus, confirmandam putatis: est vobis auctor, vir bellorum omnium, maximarumque rerum petissimus, P. Servilius: cujus tantæ res gestæ terra marique existunt, ut, cum de bello deliberetis, auctor vobis gravior esse nemo debeat: est C. Curio 10 summis vestris beneficiis, maximisque rebus gestis, summo ingenio, & prudentia præditus: est Cn. Lentulus, in quo omnes, pro amplissimis vestris honoribus, summum consilium, summam gravitatem esse cognoscitis: est C. Cassius, integritate, virtute, constantia singulari. Quare videte, 11 ut horum audientibus, illorum orationi, qui dissentiant, respondere posse videamur. Quæ cum ita sint. C. Manili, primum istam tum & legem, & voluntatem, & sententiam laudo, vehementissimeque comprobato: deinde te hortor, ut auctore populo Romano, maneat in sententia, neve cuiusquam vim, aut minas pertimescas. Primum in te satis esse 12 animi, perseverantiaque arbitror: deinde cum tantam multitudinem cum tanto studio adesse videamus, 13 quantum non iterum in eodem

1. Quod istis reclamantibus.] Auctiores voce Vverd. atque Hitt. quod dicitur istis, unde sententia emphaticè permagna accedit.

2. Regulusque interitum nationum.] Revocavi scripturam Pall. omnium, item Grut. H. V. B. nec non olim impresserunt: inferioris ætatis enim obtruserunt exterrum. consulatur Modius d. Epist. xxxii.

3. Quæ ad eas per hos annos.] Ritt à Colon. & Vverd. infulsissime hæc nos cusi, ea hoc anno, neque enim uno peccatum fuit anno, sed pluribus: multique anni indignationem cleant, non unus.

4. Propter diripiendi cupiditatem.] Hittorp. facultatem, si accederet & alius codex, reciperem in contextum. Modius interim ita loquitur, ac si plures libri eam proderent lectionem d. Epist. xxxii. sed impropiè.

5. Non modò imperatori.] Antea publicati amplius, animi imperatori, sed præter omnes Pall. aliorumque mss.

6. Qui ab ornamentis sanorum atque oppidorum.] Ita Basilicanus Coloniensis, quorum tamen hæcenus nihil fuit in libris vulgatis. Asiã abundasse pulcherrimis antiquissimisque signis, nemo est qui nesciat de quibus tacuisse hæc Cicero nem versimile non est.

7. Videbat enim prætores locupletari quantum, per. publica præter paucos; neque nos quidquam.] Nefas putavi non recipere egregiam hanc scripturam Basilicani codicis & Vverdenis, ejectione jam recepta. Videbat enim pop. Rom. non locuplet. esse neque nos quidquam, nam quid dicam Hortensio conjectancum à Lambino receptum, nihilominus & obicorum, & parum dignum Cicero ne? favent autem huic lectioni Pal. pr. ac sext. in quibus disertim: Videbat enim P. R. locupletari, exclusa ne-

gativa vox.

8. Quibus jacturis, quibus conditionibus, &c.] Vocat jacturas, largitiones illas pecuniarum factas in eos per quos obtinere provincias: de quibus scriptus dixit Oratio inbus in Verrem: etiam hæc ipsa, capite 14. circa medium, itaque non est quod momentum aliquid ponamus viro eruditissimo, conscientibus quibus hostibus, quibus civibus, tanquam scilicet ea vox de generaverit in verum. libri certe Pall. omnes, reliquorumque, nihil variant: nisi quod Colon. quibus iniquis, cujus scribarum apparet etiam non affectum vim vocis jactura.

9. Qui inter annos tot unus inventus sit, &c.] Sic Pall. omnes & Grut. ne auscultemus Lambino transponendo vocem tertiam, ut Schottus noscitur illud annos, ut introsum ac lupervacuum, jugalar: & alioquin ultimat minus Oratori nostro talem anastrophem.

10. Summum vestris beneficiis maximisque, &c. præditus.] Lambinus addidit, beneficiis vestris, sed non est fide mss. nostrorum sane, qui nihil variant, nisi quod Colon. habet et maximis rebus, ut forte reperi debeat ea vox. summa vestra beneficiis maximis, maximis rebus gestis.

11. Ut horum audientibus.] Restitui auctori suam vocem volentibus Pall. pr. quint. sext. sept. neque aliter B. H. V. Gruter. imo sic quoque præter eod. recentiores enim eam.

12. Animi perseverantiaque.] Debetur Turingico libro, ut & Vverd. & Hittorp. vulgo, perseverantiaque.

13. Quantum non iterum in eod. hominis profectio vidimus.] Hitt. membrana, quantum non iterum in eod. hom. profici vidimus. non male, quia iterum dicit, quia idem viderant antea quoque, cum Pompejus particeps retur bello maritimo.

in eodem homine præficiendo vidimus : quid est, quod aut de re, 1 aut de perficiendi facultate dubitemus? Ego autem, quidquid in me est studii, consilii, laboris, ingenii, quidquid hoc beneficio populi Romani, atque hac potestate prætoris, quidquid auctoritate, fide, constantia possum; id omne ad hanc rem conficiendam, tibi, & populo Romano polliceor, ac defero. testorque omnes deos, & eos maximè, qui hinc loco, tempore præfident, qui *omnium mentes eorum, qui ad rempub. advenit, maximè perspicunt*, me hoc neque rogatu facere cuiusquam, neque quod Cn. Pompei gratiam mihi per hanc causam conciliari putem, neque quod mihi ex cuiusquam amplitudine, aut *præfiliis periculis, aut adjumenta* honoribus quæram : propterea quod pericula facile, ut

hominem præstare oportet, 2 innocentia testi pellemus; 3 honorem autem neque ab uno, neque ex hoc loco, sed eadem nostra illa laboriosissima ratione vitæ, si vestra voluntas feret, consequemur. Quamobrem, quidquid in hac causa mihi susceptum est, *Quirites*, id omne me *reipubl. causa suscepisse* confirmo : tantumque abest, ut aliquam bonam gratiam mihi quæsisse videar, ut multas etiam similitates partim obscuras, partim apertas intelligam, mihi non necessarias, vobis non inutilis, suscepisse. sed ego me hoc honore præditum, tantis vestris beneficiis affectum, statui, *Quirites*, vestram voluntatem, & reipubl. dignitatem, & salutem provinciarum, atque sociorum, *mei omnibus commodis, & rationibus præferre oportere*.

M. TULLII CICERONIS

PRO

A. CLUENTIO AVITO,

ORATIO DECIMA QUARTA.

SYNOPSIS.

¶ *Quæstio, An Cluentius Oppianicum vestriorem veneno sustulerit, & An Oppianicus ipse condemnatus. Accusator T. Ardeus Pisarenensis: Reus A. Cluentius: Patronus Cluentii Cicero: idemq; Prætor de pecuniis repetundis: Prætor, Q. Naso: Judex, Q. Volconius, Acta in foro anno 687. Eventus. Cluentius absolutus.*



A NIMADVERTI, iudices, omnem accusatoris orationem, in duas diuisam esse partes: quarum altera mihi niti, & magnopere confidere videbatur *invidiâ jam inveteratâ* iudicii Juniani: 1 altera tantummodo consuetudinis causa timide, & diffidenter attingere rationem *veneficii* criminum: qua de re lege est hæc quæstio constituta. Itaq; mihi certum est hanc eandem distributionem, invidiæ, & criminum, sic in defensione servare, ut omnes intelligant, nihil me nec subterfugere voluisse reticendo, nec obscurare dicendo. Sed cum considero, quomodo mihi in utraque re sit elaborandum, altera pars, ea quæ propria est iudicii vestri, & legitima veneficii quæstionis, per mihi brevis, & non magna in dicendo contentionis fore videtur: altera autem, quæ procul à iudicio remota est, quæ concionibus seditiose concitatis accommodatior est, quàm tranquillis, moderatisque iudiciis, prospicio, quantum in agendo difficultatis, & quantum laboris sit habitura. Sed in hac tanta difficultate illa me res tamen, iudices, consolatur, quod vos de *arminibus* sic audire consuevistis, ut eorum omnem dissolutionem ab oratore quæzatis: ut non existimetis, plus vos

ad salutem reo largiri oportere, quàm quantum defensor, *purgandis criminibus*, consequi, & dicendo probare poterit. De *invidia* autem sic inter vos disceptare debetis, ut non, quid dicatur à nobis, sed quid oporteat dici, consideretis. Agitur enim in criminibus, A. Cluentii proprium periculum: in invidia, causa communis. Quamobrem alteram partem causæ sic agemus, ut vos doceamus: alteram sic, ut oremus. in altera, *diligentia vestra* nobis adjungenda est: in altera, *fides imploranda*. nemo est enim, qui invidiæ, sine vestro, ac sine aliorum virorum subsidio possit resistere. Equidem quod ad me attinet, quod me verum, nescio. nequem fuisse illam infamiam iudicii corrupti? nequem illam rem agitatam in concionibus? jactatam in iudiciis? commemoratam in senatu? evellam ex animis hominum tantam opinionem? tam penitus insitam? tam vetustam? non est nostri ingenii: vestri auxilii est, iudices, hujus innocentie sic in hac calamitosa fama, quasi in aliqua perniciosissima flamma, atque in *communis incendio* subvenire. Etenim sicut aliis in locis parum firmamenti, & 2 *parum virium veritas* habet: sic in hoc loco *falsa invidia* imbecilla esse debet. **DO MINETVR** in concionibus, jaceat in iudiciis: valeat in opinionibus, ac sermonibus imperitorum,

B b 3 ab

1. *Ans de perficiendi facultate.* Idem codex reficiendo, quod minime repudiandum. *respi* propriè dicuntur, qui in magistratu aut potestate sunt, cum iis magistratus vel imperia continuantur in annum sequentem. accedunt ad hanc lectionem Palat. sext. sept. Gruter. in quibus *præficiendo*.

2. *Innocentia testi pellemus.* Idem exemplar, item Vverd. *repellimus, Quirites*, inquit Gulielmus.

3. *Honorem autem neque ab uno.* Haud secus olim cusi, Pall. nostri Grut. Hittorp. &c. posterius editi, *honores*; haud scio quam bene unus enim Ciceroni reliquis ex annis magistratibus, consulatus.

1. *Arminibus.* Gulielmus legit *alios* an. sed poterat subaudi, *videlicet*, quod præcessit.
2. *Parum virium veritas habet.* Propugnatur hæc scripturam Victorius lib. xxiv. Variar. Lectio. cap. 2. reperitve ego in sex Palæensis calamo exaratis. nam unus eorum frontispicio isto desitit ebat, sed idem reperit in exemplari S. Victorii Gulielmus. defendit tamen amicus aocæ *Vrines* vulgatum *fulvas*, tanquam subnixum libris

scriptis, qui & videatur. nam in editis antiquis extare ipse testor. sed quis asseverabit ipsos non subisse manum correctoris? lectionem nostram pluribus Græcorum Latinorumque auctorum quasi tibi inibus felci ad illud Livii libro xxii. cap. 39. *Labrare nixis* *septi ajunt: extingui nunquam*, quam lectionem ibidem stabili; contra Mureti veterem, contra ansei nostri Scipionis Gentilis recentem emendationem.